

et inane. Ceterum ordinarios intelligimus in casibus supradictis epi
 scopos in quorum civitatibus et diocesis consistunt beneficia seu alii
 quod eorum que debent secundum premissa dimitti. aut ipsi qui ea debent dimitt
 tere commendantur vel in ecclesiis cathedralibus vacant. capitula earun
 dem et idem de beneficiis tam dimissis quam ut premissis perditis. nos vel
 apostolicam sedem certificare studeant quam primum et modo poterunt indi
 late. ut de illis salubriter disponere valeamus. **¶** Quantum autem ad
 modificationem prelatum attinet antefacta illa duntaxat et non alia be
 neficia ecclesiastica quocumque nomine nuncupentur curam animarum
 habere censemus que parochias habent in quibus est animarum cura non
 per vicarios perpetuos. sed per rectores aut ministros beneficiorum
 ipsorum. vel alios temporales vicarios gubernantur. necnon etiam illa
 quorum ministris ratione beneficiorum huiusmodi oportet visitare inquir
 rere procuraciones recipere. suspendere. excoicare. seu ab excoicationis
 et suspensionis sententis absolvere de consuetudine vel de iure. iuribus alijs
 de animarum cura loquentibus in suo robore quo ad cetera permansur.
 Nulli igitur omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum moderacionis
 statutorum. constitutionum. reservationum. inhibitionum. et voluntatum. in
 fringere vel ei contraire. **Datum** Avinionen. xij. klj. decembris Pontificatus nostri
 Anno secundo. *fi. h. av.*